

conjugis parentes exigebant) non cogerent ipsum, ut, sponsæ lineâ relicta, diverteret ad ipsius patrem Genealogiæ institutæ attextendum; ubi verò ad ultimam avum, Josepho, & Mariæ communem, pervenit, eo commemorato, nempe Mathano, exinde ad Josephi patrem divertit Jacobum ejusdem Mathani filium; prætermisso Joachimo Mariæ patre,

qui ejusdem quoque Mathani major filius erat; prætermisso, inquam, Joachimo; ne, si sponsæ patrem recensisset, præter historiam Scripturæ sacræ legem fecisset, ac Genealogiam videretur, non viri, sed fœminæ textuisse. Itaque utrique, quamdiu licuit, muneri satisfacit, communibus proavis, usque ad extremum etiam communem avum, recensitis.



P A R S S E C U N D A

Enucleans, & Illustrans variè, solidè, & amœnè de immaculata Virginis Deiparæ Conceptione, illa verba: Ego ex ore Altissimi prodivi, &c.

Longè jam amandatis erroribus circa veram, & physicam Deiparæ Conceptionem, & multifariam fidei dogmate statuto, & illustrato, non absque multo Marianæ immunitatis splendore, propiùs tandem accedimus ad enucleanda signatim illa ex Ecclesiastico nostro verba: Ego ex ore Altissimi prodivi, &c.

S E C T I O X X.

Conspiciam Dei genitricis Conceptionem persimilem fuisse sanctæ, & immaculatae Adami formationi.

§. I.

Adamus in sanctitate conditus ex ore Dei prodivi essantis; per peccatum verò quasi ex Tartarei serpentis faucibus.

TENIM comperta res sit, Adamum, dum in gratia, sive justitia, & sanctitate conderetur, ex adloquentis Dei ore prodivisse; ut dilucidè probant illa Gene-  
Genes. 2. 7. Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Ubi non temerè expositores nonnulli, quos refert noster Pineda ad c. 10. v. 8. Jobi, arbitrantur, Deum sibi humanam tunc induisse figuram, & externam speciem, in qua & videri, & audiri, & alloqui Adamum posset, cum illum efformabat. Et licèt adnotatum à Moysè non extet, dixisse Deum, ut homo fieret, intelligendum tamen est dixisse, id est, verbo etiam suo illum condidisse; ut observat S. August. Serm. 18. in Pf. 118. & ex illo Pineda relatus: qui enim aliter sentiunt, nec attendunt (ait August.) quod in Evangelio de Verbo Dei, omnia per ipsum facta sunt, non posse constare, si non per verbum factum est etiam corpus humanum. Sed non imperiali verbo factus est homo, uti reliquæ creaturæ, sed verbo blandiente, ut loquitur Tertull. lib. 2. contra Marcion. c. 4. Imò Procopius Gazæus in Genesim premens illud, faciamus hominem putat, tunc primùm Deum os suum aperuisse ad hominis conditionem: Cum Deus in reliquis creationis operibus silentium teneret, hic ait: Faciamus hominem. Certè id factum reor, ut portenderetur, hominem justitiæ & sanctitate conditum, quodam modo ex ipsius Dei essantis ore prodivisse.

513 Propterea sacer Historicus subtextit: Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ: id est, inspirata homini anima est, aut per Dei inspirationem producta simul cum corpore; ut

fert communis existimatio. Atqui per inspirationis hieroglyphicum dicitur anima à Deo creata, ut ostenderetur esse divini oris, ac Dei fantis opus: quippe spirare, seu inspirare de more Scripturæ sacræ interdum idem mihi est atq; loqui. Actor. 9. 1. dicitur de Saulo spirans minarum & cadis, id est, loquens minas, & cædes. & Joan. 3. 8. Spiritus ubi vult, spirat: hoc est, ubi vult, loquitur, ut patet ex subjectis verbis, & vocem ejus audit. Spiravit itaque Deus seu inspiravit in hominis faciem, id est, os suum aperuit, locutusque est. Quid ergo ex hac oris apertione, & Dei locutione? Immaculatus ipsius animæ fœtus, atque originaria Adami mundities; ex communi enim Catholicorum sententia, statim ille à conditione sua, divinâ gratiâ fuit donatus. Quod præ se fert vox illa, spiraculum vitæ. Hebraicè nasam, sive cum he vel thau in fine, nestamab, sive nismath; quæ vox, ut nonnullis placet, spiritum hominis significat ex ore Dei prodeuntem purum, sanctum, immaculatum. Lege Georg. Venetum in Harmonia can. 3. tom. 8. modulo 11. concentu 7. Sic de Christo Isaïas ait c. 2. 22. Cujus Spiritus in naribus ejus est, Hebraicè eadem vox nismath: ubi Spiritum sanctum significat, seu spiritus S. gratiam, quam Christus quasi naribus, vel ore ipso efflare dicitur. Unde Joan. 20. Insufflavit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum. Ad quæ verba Leontius premens illud Joan. 1. De plenitudine ejus nos omnes accepimus, scitè dixit. Plenitudinem ipsius vocat inspirationem, qua fuit in Adami, quam & dedit Apostolis post resurrectionem, nempe Spiritum sanctum. Inspirationem, quæ fuit in Adam, vocat spiraculum illud vitæ, per quod in eodem temporis puncto, quo anima creata est, & infusa Adamo, gratia etiam Spiritus S. infusa illi est. Propterea Tertull. lib. de Resurrect. carnis c. 6. animam appellat Spiritus Dei auram, oris Dei operam.

514 Subinde jam primus homo in justitia, & san-

& sanctitate conditus, dicitur factus ad imaginem, & similitudinem Dei, Genes. 1. 26. Hujus imaginis, & similitudinis si universas velim explanationes, atque Interpretum distinctiones retexere, in densissimam me induam difficultatum sylvam, unde haud facilè expediar.

S. Greg. Nyssen. de homin. officio c. 16.

Imago, ad quam factus homo dicitur, est Christi humanitas sanctissima.

Tertull.

Sicut ex ore Dei Christi, sic Adamus.

Per peccatū homo quasi ex tartarei serpentis ore prodivit.

Tertull.

Illorum mens maximè arridet asserentium, hominem ad imaginem & similitudinem Dei fuisse creatum, id est, divino Verbo similem: nam sicut Verbum divinam naturam ex vi suæ generationis exprimit, sic homo ejusdem naturæ divinæ perfectionem pro suo capitu haulerit. Addo, imaginem illam Deo simillimam, ad quam homo conditus est, ipsissimam item esse Christi Domini sacrosanctam humanitatem, tot ac tantis gratiarum Charismatis ornatissimam. Sic Patres antiqui & auctoritate, & doctrinâ præstantes docuerunt, quos retulimus in nostro opere de Martyrio cap. 1. Anteloqui. Unum audi Tertull. lib. de Resurrect. car. c. 6. creationem hominis explicantem: Et fecit hominem Deus (id utique quod finxerat) ad imaginem Dei fecit illum, scilicet Christi. Jam ergo, sicut Christus, & quæ Deus, & quæ homo est, ex ore Altissimi dicitur procedere, ita similiter Adamus, ut qui Dei Hominis imago extitit perfectissima, ex ejusdem Dei ore prodivisse fertur. Quo nihil dici poterat gloriolius ad primi hominis purissimam creationem demonstrandam: ex ore enim Dei procedens, divinæ gratiæ, & naturæ, sapientiæ, & vitæ factus est confors: cujus nos etiam participes essemus quodammodo ex ore Dei procedentes, si Adamus in magna illa vitæ puritate, atque innocentia perstaret.

515 Cæterum, tentantur à callidissimo fatana veri serpentis organo utente, Eva & Adamus; labuntur in peccatum, & divinum præceptum & pactum transgredientes. Sic illi unâ cum tota iporum posteritate ab statu justitiæ originalis florentissimo in sempiternas præcipitantur miserias; defœdata omnino, imò & obliterated Dei hominis in hominibus imagine ex ore divino accepta. Hinc homo, hinc nos omnes non jam ex ore Dei in prima animæ creatione similes Deo homini procedimus; sed potius ex ore serpentis diabolo pleni, & satanæ organo spurcissimo, & virulento. Per hoc organum aëre motum, & modulatum, vocem ille humanam effinxit, Evamque blandè est allocutus; afflavit, & inspiravit: Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno paradisi? &c. Quò spectat S. Epiphanius existimatio de Evæ nomine lib. 3. contra Hæres. 80. putat enim si litteram n he, id est aspirationem suscipiat, serpentem significare apud Hebræos. Quasi Eva nomen suum in Hebam commutaverit, ex quo à serpente afflata, & inspirata est: ac proinde ex vita in serpentem mortem inspirantem migraverit; ex Dei filia in filiam diaboli. Nam ex insolenti hac serpentini oris apertione, & locutione mortui sunt Diabolum audiendo; verbum malum seminavit, & occidit; inquit S. August. Tract. 43. in Joan. & lib. 14. de Civit. c. 11. In homine peperit iniquitatem, ait S. Bern. serm. 1. de adven. Dom. & S. Fulgentius serm. de laude Mariæ: Diabolus per serpentem Evæ locutus, per Evæ aures mundo inulit mortem. Et Tertull. lib. de carne Christi c. 17. In Virginem adhuc Evam irrepserat verbum adificatorum mortis, &c. Eva nihil tunc concepit in utero ex diaboli verbo? Imò concepit. Nam exinde ut P. Ildeph. de Flores in Eccles.

abjecta pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli semen illi fuit. Enixa est denique diabolum fratricidam. Quasi dicat: Ex hac diaboli sub serpentis habitu oris apertione, & locutione evenit, ut Cain primus Evæ, & Adami filius in peccato conciperetur, fœdissimisque evaderet ex venenato serpentis ore fœtus, seu diabolicus embrio; cui nos persimiles in posterum essemus: ut enim S. August. in Epist. de peccato origin. Omnes nos unus homo Diabolo gignendos commisit. Hinc Diabolus ipse Caini Pater, & Cainus diaboli filius, filius patri imitatione simillimus. Quò mundi Magister spectabat Joan. 8. Judæos increpans: Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio. Homicida erat, quia vel Cainum in Abelis justis necem excitavit; vel quia omnes homines morti subjecit: quò fit, ut ipsi patrem diabolum habeant, cum in peccato concipiuntur, utpote tunc ex fœdissimo serpentis tartarei ore prodeuntes, & maligno afflatu conspurcati.

§. I I.

Non ex serpentis, sed ex Dei ore Virgo prodivit in sua Conceptione.

516 HIs positis; quid quæso, judicandum, ac deliberandum nunc est de prima Deiparæ Virginis in Annæ utero formatione? Ejusmè à Dei ore conceptus, & parvus, an potius à Tartarei serpentis ore? Illanè, instar Adami, in justitia, & sanctitate concepta, an primæva labe fœdata. Ipsa ipsa suam originariam mundiciem, sui conceptus puritatem, candorem, & splendorem dilaudet, prædicet, vaticinetur per Vatem Siracidem sanctissimum. Ego, inquit, ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. Ac si dicat: Tametsi in sterili Annæ vulva sim efformata, indeque prodierim, ea tamen puritate mea canduit, & quaquaversus resplenduit Conceptio adeò illa extitit miraculis plena, ut potius ex ore Altissimi videar prodivisse, primam unius Adami conditionem omnino imitata, qui unum, ac solum Deum in sua illa purissima efformatione Patrem agnovit, ex cujus ore prodivit. Apage, ut ex fœdissimo Stygiæ Draconis ore concepta prodierim, Deum ipsum in meis visceribus conceptura. Apage, ut ego, quæ Deum hominem genui, sim primùm ab ipso diabolo progenita. Ego ego ex ore Altissimi prodivi primogenita. Quò videtur spectasse S. Damascenus in Orat. 1. de Nativit. Virg. Quoniam itaque futurum erat, ut Dei Genitrix, ac Virgo ex Anna oriretur, natura gratiæ factum antevertere non est ausa: verum tantisper expeclavit, donec gratia fructum suum produxisset; siquidem oportebat eam primogenitam in lucem edi, quæ rerum omnium conditarum primogenitum paritura erat. Ut vides, gratiæ filiam appellat Virginem Matrem; imò primogenitam gratiæ: quod ipsa Virgo per Siracidem exprimit, dum ait, se ex ore Altissimi prodivisse primogenitam. Gratia enim originalis primogenitam, & unicam Dei filiam reddidit. Audi S. Bernardum (& dubitabis adhuc Bernardum nihil unquam pro Deiparæ immunitate dixisse?) Homil. 2. super Missus est, ita præclare? O admiranda, & omni honore dignissimam Virginem,

M 2 Pars II.

Parentum reparatricem, Virginem carne, Virginem mente (id est, nullo peccato corruptam) à seculo electam, ab ALTISSIMO præcognitam, & sibi præparatam! Certè, eatenus ab Altissimo præcognitam, & præparatam autumat, quatenus ex ore Altissimi processit originaria culpæ omnino expers, uti ejus filia primogenita. Hinc Origenes Homil. 1. in diversos; & ex illo, ni me fallo, Romana Ecclesia in officio de immaculata Virginis conceptione, lectione 4. ad Matutinum; quod filii Catholicis commendat Sixtus Papa IV. in constitut. Grave minis, sic dilucidè: Virgo qua nec persuasione serpentis decepta est, neque ejus afflatibus venenosis infecta. Quasi dicat: Reliqui Adami filii venenosis serpentis afflatibus infecti sunt, dum ex foedissimo tartarei hostis ore prodierunt tanquam filii iræ, & mortis: una dumtaxat Dei Genitrix minime infecta unquam, non enim in illam inspiravit spiraculum mortis stygius Draco; sed altissimus Deus inspiravit in illam, cum conciperetur, spiraculum vitæ: ut sic ejus conceptio simillima evaderet purissimæ Adami formationi ex ore Altissimi.

Deipara nunquam decepta à serpente neque ejus afflatibus infecta.

Orige. & Sixtus IV.

§. III.

Deipara formatio cum Adami formatione componitur.

517 Hæc ut luculentiora fiant, accuratius disquiri Mariæ efformationem cum intuitu ad Adami fabricationem, uti pretium sit operæ. Atque in primis, si mentem incorpoream Adami fabricam intendamus, ea utique extitit gravissima, purissima, pulcherrima. Nam si materiam expendamus, ex qua formatum ejus corpus est, terra fuit selecta, pura, defæcata, sancta, rubra, & aurea, seu aureis arenis, & ramentis composita. Quod fusè probavimus in nostro opere de Martyribus in Prologo c. 1. §. 2. ex S. Cypria. lib. de Sina & Sion, ex Tertullian. lib. de Resurrect. carn. c. 6. Ille selectam terram in Adami formationem ex quatuor orbis partibus è regione spectantibus stellas totidem, autumat; nec sine Crucis Dominicæ mysterio. Tertullianus verò, Homini, ait, datum est esse aliquid origine generosius, & de mutatione felicius: nam & aurum terra, quia de terra: hæc tamen terra: ex quo aurum longè alia materia splendidiior atque nobilior de absolutione matrice, &c. Et carnis aurum dicit, purum, putum absque ullis fordibus. Et Josephus lib. de mundi opificio appellat terram illam, ex qua Adami corpus, selectam undequaque & optimam, puram. Si autem Deum corpus Adami fabricantem spectemus, tale illud condidit, qualem esse decebat hominem, qui Deum ipsum Patrem habuit, & conditorem. Limus, ait ibidem Tertullian. in manus Dei pervenit, satis beatus, etsi solummodò contactus. Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Et quidem adeò propinqua adstitit divina manus, adeò familiaris corpus sanctificans, & beatificans, ut subdat Tertullianus: Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, providentia, & ipsa in primis affectione, que lineamenta duclabat. Hinc Adamus non solum animo, sed corpore etiam lon-

Materia e qua Adamus.

Tertull.

Tertull.

Quanto affectu, & cura formatus à Deo.

gè perfectissimus, purissimus, pulcherrimus; ut appellari soleat magnum miraculum.

518 Hæc in Mariani corporis fabricam æquiori jure cadunt, quæ licet ex viro & foemina fuerit usq; adeò perfecta, pura, & pulchra extitit, ac supra naturæ leges, ut solus Deus dicatur illius plastes, qui corpus Virgineum efformavit ex purissima materia, impensiori affectu, & cura. Audi Ecclesiæ Doctores, magnaque lumina. S. August. in Tract. de quinque hæresibus c. 5, sic Christum loquentem inducit: Ego Matrem, de qua nascerer, feci: ego viam meo itinere præparavi. Mater est mea, sed manu fabricata est mea. Hinc S. Damas. Orat. 1. de Nativ. B. Mariæ: O divinum, ac vivum simulachrum, ad quod opifex Deus inventus est! Et S. Andreas Hierosol. Patriar. Hom. 2. de Assumpt. B. Virginis: Hæc est eximia pulchritudo, à Deo sculpta statua, rectè descripta divini Archetypi imago. Mitto alios infra donandos: si interim premas ipsius Deiparæ verba apud Salomonem Prov. 8. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum. LXX. vertunt: Dominus creavit, vel condidit, seu formavit me initium viarum suarum. Et v. 25. Ante omnes colles ego parvutiebar. Hebraicè, formata sum. Nonnulli Patres legunt, genuit me: Deus nempe, à quo formata, & condita dicitur familiari manu.

Mariani corporis formatio à Deo supra naturæ leges opifex.

S. August.

Formata Deipara ex pura materia, defæcata, sancta. S. Damas.

Proclus.

S. Thaum.

Sophroni.

Geometra.

S. Brigitta.

Purissimum, perfectissimum, ac pulcherrimum Maria corpus.

mum ac tali opifice agente, purissimum, perfectissimum, atque pulcherrimum elaboratum corpus Deiparæ est.

520 Hic spectant illæ SS. Patrum locutiones, asserentium, primariam terram Virginem, puram, maledictionisque immunem, ex qua primus Adam formatus est, expressisse omnino Virginem Matrem secundi Adami, id est, Christi Genitricem. Christus enim ex Virgine Matre carnem sibi assumens, terram sic ad sui corporis fabricam elegit non qualemcunque, sed benedictam, sed purissimam, nunquam peccato originali vitiatam, & violatam, qualis extitit terra, ex qua Adami corpus elaboratum est. Accipe selectiora ad rem effata ex multis nonnulla. S. Athanasius in declarat. Levitici: In Maria vero Verbum sibi domicilium formavit, quemadmodum ab initio Adamum è terra, nisi quòd diviniore modo formavit. Et Sermonem in descriptionem Mariæ, & Joseph apud Metaphrastem, Aloysium & Surium in Decembri: Ex Virgine gignitur Jesus, ut ex terra Virgine formatum primum illum humani generis parentem Adam reformaret. S. Ambros. lib. 4. in Lucam c. 4. initio: terra Virgine Adam, Christus ex Virgine. Ille ad imaginem Dei factus, hic imago Dei. Per mulierem stultitia, per Virginem sapientia. Vide eundem Feria 2. post S. Athana. Dom. 2. Quadragesimæ S. Chrysol. Serm. 117. utrumque Adamum conferens, cum Paulo 1. Corin. 15. 45. Ille vilissimo plasmatum ex limo; ex utero pretioso Virginis hic procedit: in illo terra mutatur in carnem; in isto caro promovetur in Deum. S. Basilius Seleuciæ Archiepisc. Serm. in Annuntiat. Accepit Deus quondam pulverem, & fecit hominem; accepit rursum ex Virgine pulverem, hoc est, carnem, eamque modo, quem ipse compertum habet, sibi adiungens factus est homo. S. Gaudentius Episc. Brixian. Tract. 9. ad Neophytos in illud, Nuptia facta sunt, &c. Joan. 2. Filius Dei nascitur de Spiritu S. ex Virgine, ut hominem, quem de limo terræ plasnaverat, ex massa eadem reformaret. S. August. Serm. 57. de verbis Domini, to. 10. Adveniens divinitus (Filius Dei) in uterum Virginis Mariæ, auctoritate illa, qua in paradiso Adam de limo formavit, carnem sibi ex substantia ipsius Mariæ fabricavit. Similia habet Serm. 9. & Ser. 13. aliàs 17. de Tempore. Andreas Cretensis Orat. in Annuntiat. Gaude sancta terra Virgine, ex qua novus Adam formatur. Alius interpres legit: Salve sancta Virginis tellus, ex qua novus Adam ineffabili fictione formatus est, qui veterem salutem restituere. Tertull. lib. de Carne Christi c. 17. Tota novitas ista (agit de Incarnatione Domini) sicut & in omnibus, de veteri figurata est ratione per Virginem dispensatione homine Domino nascente. Virgo erat adhuc terra nondum opere compressa, nondum sementi subacta, ex ea hominem factum accipimus à Deo in animam vivam. Ergo si primus Adam de terra trahitur, merito sequens, vel novissimus Adam proinde de terra nova, id est, carne nondum generationi resignata in spiritum vivificavit emprolatus. Siphra velis, lege S. Irenæum lib. 2. c. 31. & lib. 5. c. 21. Thaumaturgum Serm. 1. de Annunc. S. Epiphani. lib. 3. Hæresi 78. S. Cyrill. catechesi 12. Paulinum Aquileiensem Episcop. lib. 3. contra Felic. Rupertum lib. 2. in Isai. c. 19. & lib. 1. de oper. Spirit. S. c. 11. & 14. S. Nazianz. in Carmine de virginitate, V. P. Ildeph. de Flores in Eccle.

nantium Honoratum in symbolum Apostolorum, Maximum Taurin. Ser. 3. de Nativ. Domini. Concil. Francoford. in Epist. ad Episcopos Hispaniæ sub finem, anno 780. ut probet Christi immunitatem à servitute, sic ait: Meliore quidem terra (quàm Adamica) animata, & immaculata Spiritu S. operante factus est Francofor. Concil. homo, dicente Apostolo: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo caelestis. Quæ omnia abundè probant, Virginem Matrem à communi originis labe fuisse alienam, vel ex vi corporeæ productionis, ex materia selecta, unde quaque optima & pura, sancta, & benedicta; ex qua Deus corpus sibi hypostatice unitum assumeret.

§. IV.

Deipara, uti & primus homo, ad imaginem corporati Dei creata.

521 Deinde, illud in prima Hominis creatione maxime resplendet, quòd ad imaginem, & similitudinem Dei factus sit, secundum animum spirituales substantiam intellectu, voluntate, & libero arbitrio, sanctitate, & justitia, virtutibusque præditam, sicut Deus homo, ut supra attigimus, & infra dicemus. Secundum hanc divinam imaginem, & similitudinem Adamus ex ore Dei processit sanctissimus, purissimus, perfectissimus. Porò hæc potiori jure aptantur in Mariam, quæ in primo suæ Conceptionis instanti ex ore Dei processit homini Deo quam simillima, scilicet per gratiam. Deiformem, atque super omnes calicos spiritus sanctissimam, eam appellat S. Dionys. Areop. in Epist. ad Paulum Apostolum. Et S. August. tom. 10. Serm. 35. de Sanctis, qui est Assumpt. B. Mariæ, sic ipsam affatur: Si formam Dei te appelles, digna existis. Quæ verba mutuatus est S. Ildephon. Serm. 8. de Assumpt. B. Mariæ. Et S. Joan. Damas. Orat. 1. de Nativ. B. Mariæ, divinitatis imaginem omnium perfectionum genere conflatuissimam in Virgine graphicè depingit. O Dei animata imago, cultissima, atque ornatissima, cui Deus apparator, & conditor ipse inventus est! &c. Gratiarum pelagus; tota pulchra, tota Depropinqua. Quod fusè persequitur, atque ingeniosè, probans Virgini Dei imaginem, summamque bonitatem expriment, nihil defuisse perfectionis. Quòd autem Deipara divinam præ se tulerit imaginem, quatenus Christo Domino extiterit simillima, infra probabo. Tu verò preme pro hac imagine illud Prov. 8. Prov. 8. 23. Ab aeterno ordinata sum. Hebraicè est nisachibi à verbo Nasach, vel nasas: & potest reddi vexillata sum, seu signata sum. Eo modo, quo Pl. 4. 7. dicitur: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Hebraicè nasas, id est, vexillatum est lumen vultus tui; imago nempe tua, tuæque gratia, ut explicant Ecclesiæ Patres. Alia translatio cujus meminit R. David, ita habet: A seculo constata sum: quod sic ille interpretatur: A seculo constata sum: in movem imaginis, quasi per fusionem quandam, bonam in formam composita fui: ut clareat, ex aeterno Dei consilio impressam Virgini fuisse in puncto suæ conceptionis, Dei imaginem, & similitudinem perfectissimam: perquam immunis omnino fuit ab omni culpa originalis est habitus dissimilitudinis Dei. S. Dionys. M 3 dissimi-

Concil.

Francfor.

Inferior,

virginem ex

vi corporea

productionis

fuisse ab ori-

ginis labe

alienam.

S. Areopa.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.

S. August.